



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

40 Parochialis, de cuius jurepatronatus dubitatur, quomodo sit
conferenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

aminatus, dummodo fuerit approbatus,
eod. cap. 18. §. quod si jurispatronatus, sess. 24.
& ita tenet congreg. conc. super eod. cap. 18.
in decis. sub. tit. Hieracen. que incipit, vacan-
te parochiali.

40. Vacante † autem parochiali, de cuius
jurepatronatus dubitatur, in mense sedi A-
postolicae reservato, si presentatus ab al-
fertis patronis, de quorum praetenso inter-
esse agitur, fuerit ab Ordinario, ut ab ille-
gitimus patronis presentatus, rejectus; po-
terit Ordinarias ponere edicta in forma,
etiam lite pendente in curia Romana,
mortuo colligante possessore, & dare fi-
dem de magis idoneo ad effectum obti-
nendi provisionem à Sede Apostolica,
non obstante lite, ac praetenso jurepatro-
natus, si non fuerit approbatum jurispatro-
natus juxta dispositionem concil. Trident.
c. 9 sess. 25. de reform. ut declaravit sacra
congreg. super eod. c. 18. §. vacante ecclesia
parochiali.

41. Tempus † autem patronis laicis à jure
prefixum ad presentandum personas idoneas
à die vacationis, est quadrimestre
gloss. in cap. cum vos in verb. minus idonea. 4
de offic. ordin. cap. quoniam cap. cum
propter de jure patron. & cap. uni. §. ve-
rum licet eod. tit. in 6. sed patronis ele-
tricis tempus sex mensium est praeinitum.
dict gloss. in cap. cum vos, & eod. cap. uni. §.
verum.

Patroni † ecclesiastici eum, quem
dignitatem inter probatos ab examinato-
ribus judicabunt, Episcopo debent pre-
sentare, qui ipsum instituire tenetur.
Concil. Trident. d. cap. 18. §. si vero, vacan-
te autem parochiali jurispatronatus ecclae-
siastici in mensibus Sedi Apostolicae reser-
vatus, Episcopus, nulla habita ratione patro-
norum, edicta concursus proponere, &
idoneum eligere debet, illaque fidem (us
approbationis) Romam mittendam tri-
buere, ut à summo Pontifice instituatur, ut
fieri solet in alijs parochialibus, quæ non
sunt jurispatronatus, congreg. conc. su-
per eod. cap. 18. in decis. sub tit. Bracaren.
que incipit, si beneficium curatum, † si verò
institutio parochialium jurispatronatus
ecclesiastici ad inferiores collatores, licet
ad Abbates, & exemptos, pertineat, Epi-
scopus ordinarius, in cuius diœcesi est be-
neficium, edicta concursus proponere, &
inferior magis idoneum ab Episcopo ap-
probatum instituere debet, quod si securus
fiat, collatio est nulla, ut ibidem sub eod. tit.
Bracaren. §. si institutio; † vacante autem
parochiali ad institutionem, seu presenta-
tionem capituli, potest Episcopus cum ro-
minatis à capitulo, tanquam patrono, alios
ad concursum admittere, quando autem
institutio spectat ad Episcopum, capitulo
tenetur presentare Ordinatio dignio-
rem inter probatos ab examinatoribus, ut
ab eo instituatur, si vero institutio à capi-
tulo facienda est, † Episcopus solus debet
eligere dignitatem. ut in ead. decis. sub tit.
Bracaren. §. vacante parochiali.

Si autem † jurispatronatus militum, ec-
clesiasticum, & laicale fuerit, idem quod
de ecclesiastico erit judicandum, cum ec-
clesia loco populi habeatur, glo- in li-
bertas. C. de excus. tut. glos. 2. in l. republi-
ca. in fin. quib. ex cau. mai. & glos. in l. non
est ignotum C. de admin. tut. etiam, si duae
partes illius pertineant ad laicos patronos,
ut in ead. decis. sub tit. Bracaren. §. si juspa-
tronatus, & quod etiam.

Quia, † quemadmodum possidens fun-
dum individuum cum pupillo retinet viā,
qua in